

H<sub>z</sub>. Philipp der Gute von Burgund an Pius II. Auf Bitten von H<sub>z</sub>.in Eleonore von Österreich, seiner Verwandten, bittet er den Papst um Nachsicht gegenüber H<sub>z</sub>. Sigismund und bietet seine Vermittlung an.

Or., Pap. (Siegelreste rückseitig): INNSBRUCK, TLA, U I 8991.

Druck: Jäger, Gradner 285 Anm. 6.

Regest (W. Putsch, 16. Jh.): INNSBRUCK, TLA, Reg. VI p. 818.

Em.: Jäger, Streit II 136; Maleczek, Beziehungen 186; Meuthen, Besetzung des Thurgaus 79; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 401.

Humilima atque devotissima recommendatione premissa usque ad v. s. optata pedum oscula beatorum. Beatissime pater ac clementissime domine mi. Scripsit ad me illustrissima ducissa, filia regis Scocie, consanguine mea precarissima<sup>1)</sup> et conthoralis illustris ducis Sigismundi Austrie ducis, eciam consanguinei mei carissimi. Conqueritur gravissime de invasione et vastatione, quas in suis terris et dominiis faciunt Suisserii occasione capta cuiusdam sentencie vestre sanctitatis contra prefatum ducem consanguineum 5 meum late propter captationem re. p. cardinalis sancti Petri ad vincula, amici mei singularis, prout eciam iam ex rumore multorum didiceram. Petiit super hiis ipsa illustrissima ducissa consanguinea mea favores meos et auxilia. Inde ad s. v. scribere decrevi, si, pater beatissime, exauditione merear. Considero tempora moderna, quibus ecclesia non solum affligetur, sed prochdolor deseritur a multis. Audio eciam multos principes simul colligare, ut prefato consanguineo meo duci Sigismundo subveniant. Unde scandala 10 quamplurima et strages hominum verisimiliter evenire poterunt, quibus obviare utile videretur. Si ergo v. s. alia via micior eligenda videretur, qua posset dissencio hec cedari, et consulerem et optarem. Et si non offenderem s. v. humilime supplicare cuperem, ut si ad partem huius turbationis querendam aliquid utile possem <per> operas meas. Et quid in me est, sponte offero ad honorem ecclesie et parcium, quantum michi possibilitatis erit. Dignetur ergo v. s., pater beatissime, ex solita pietate et clementia vestra paci 15 intendere et scandala vitare, que hiis temporibus pocius reprimenda videntur. Et si qua jubeat v. s. michi possibilia et honestati mee congrua adimplere, conabor auxilio altissimi, cuius s. v. vices gerit in terris et qui e. s. v. felicem et dirigere dignetur et diu conservare ad prosperum regimen ecclesie sue sancte. Ex opido meo Bruxellensi die xiii<sup>a</sup> mensis novembris anno lx<sup>o</sup>.

E. v. s. humilimus ac devotissimus filius Philippus 20  
dux Burgundie, Brabancie et Limburgie, comes Flandrie etc.

Foillot

(Adresse rückseitig:) Sanctissimo ac clementissimo domino nostro pape.

<sup>1)</sup> Die Verwandtschaft der Herzogin Eleonore mit H<sub>z</sub>. Philipp dem Guten war eher weitläufig: Eleonores Bruder, der im August 1460 verstorbene König Jakob II. von Schottland, war mit Maria von Geldern, einer Großnichte Philipps des Guten verheiratet, die an dessen Hof aufgewachsen war. Sie führte allerdings in dieser Zeit die schottische Regentschaft für ihren minderjährigen Sohn Kg. Jakob III. (geb. 1451). Vgl. Köfler, Die beiden Frauen 17. — Die hier erwähnte Anfrage der Herzogin wurde wahrscheinlich Anfang Oktober 1460 von Hans Schnabel (herzoglicher Amtmann zu Bozen; s. AC II 7, 2089 s.v.) überbracht; s. die Spesenauszahlung in: INNSBRUCK, TLA, Oberösterreich. Kammerratung, Bd. 1 f. 118<sup>r</sup>.